



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Herma[n]ni buschij pasiphili Ser||mo: Colonie in celebri  
Synodo ad cleru[m] dictus: conti||ne[n]s accurata[m]  
exhortatione[m]: ad studiu[m] sacre scripture**

**Busche, Hermann von dem**

**[Köln], [1509]**

**VD16 B 9946**

In temere elatos fiducia bonorum temporalium

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31464**

Rev 24 a



In temere elatos fiducia bonorum temporalium

O ceci: O miseri mortales fidere sceptris  
 Fidere quid pompe: vos titulisq; iuuat:  
 Quid iuuat heu nugis: et inani fidere vento  
 O ficti limo: compositiq; luto  
 Si nescis. terra es: seu rex: siue induperator  
 Puluis es o diues. o generose cinis  
 Ergo quid optamus tā multa: heu praua cupido  
 Tu nobis cūcti es: maxima causa: mali  
 Hinc odia: hinc fraudes: piuria: furta: rapine  
 Hinc falsi crimē: pditioq; venit  
 Contemptus superū: temerataq; iura sacroz  
 Fraterne hinc acies: z scelus omne subit  
 Quid pdest furijs belloz: z cladibus orbem  
 Biscere: atq; omnem spargere cede locū:  
 Quid quesisse iuuat: per tela infanda: p ignes  
 Que vix momento possideantur opes  
 Omnem sub celo carnem: foenū esse memento  
 Quam quis citius: defluit herba cadis  
 Mox oreris: mox contereris: velut ymbra citata  
 Hoc breue ver vite: pterit omne: tue  
 Et tu pmittis tibi tpa longa fruendi  
 Delitijs: quid te vanius esse potest  
 Gloria: nobilitas: fastus: mūdana voluptas  
 Omnia sunt rapidis: mobilia: notis  
 Hec miseranda: tue tangit te sortis imago  
 Insere et hanc animo: gens moritura: tuo  
 Tam celeb'is nemo est: tam felix nemo: potensq;  
 Talis erit: et vix q̄: putat ip̄e: breui